

Psalmus responsorius

Ps 131, 6-7. 9-10. 13-14 (R̄: 8)

R̄. Surge, Dómine, in réquiem tuam,
tu et arca fortitúdinis tuæ.

⁶ Ecce audívimus eam esse in Ephratha,
invénimus eam in campis Iaar.

⁷ Ingrediámur in tabernáculum eius,
adorémus ad scabéllum pedum eius. R̄.

⁹ Sacerdótes tui induántur iustítiam,
et sancti tui exsúltent.

¹⁰ Propter David servum tuum
non avértas fáciem christi tui. R̄.

¹³ Quóniam elégit Dóminus Sion,
desiderávit eam in habitatióne sibi:

¹⁴ «Hæc réquies mea in sáeculum sáeculi;
hic habitábo, quóniam desiderávi eam». R̄.